

ita aim? vt sic demones rescindā
 tur. Sancte deus. sancte fortis. san-
 cte a immortalis miserere nobis.
 Huius igitur cantici laus a auctori-
 tas ex quatuor colligitur. Primo ex
 eo qd angelus illud edocuit. Secū-
 do ex eo qd ad eius plationem il-
 la tribulatio conquieuit. Tercio
 ex eo qd Calcedonensis synodus illud
 approbavit. Quarto ex eo qd demo-
 nes adeo illud timent.

De ascensione domini.

Ascensio domini xpo. die
 a resurrectione facta ē
 Circa quā ascensionē
 septem per ordinem cō-
 sideranda sunt. Primo vnde ascē-
 dit. Secūdo quē nō statim post re-
 surrectionē ascendit. Tercio quē
 ascendit. Quarto cum quibus ascen-
 dit. Quinto quo merito ascendit.
 Sexto quo ascendit. Septimo quē
 ascendit. **C**irca primū notandū
 quānam de monte oliueti versus Be-
 thaniā in celos ascendit. Qui mōs
 fm aliā translationē dicitur mons
 triū luminū. Nā de nocte a parte
 occidentis illuminabatur igne tem-
 pli: quia erat ignis iugis in altari.
 Mane illūminabatur a parte oriē-
 tis. Primo enim accipiebat radi-
 os solis ante quā illustraret civitatē.
 Habebat insup copiam olei qd est
 fomentū luminis. a ideo dicitur mōs
 triū luminū. In hūc igitur montē
 Xps discipulos ire pcepit. Nam i
 ipsa die ascensionis bis apparuit.
 semel vntēci apostolis comedē-
 tibus in cenaculo. Omnes quidē
 tam apostoli quā alij discipuli nec

non mulieres habitabant in illa
 parte Iherusalem que dicebatur
 cenaculo. fm monte sion vbi Da-
 uid sibi construxerat palaciū. Et
 erat ibi cenaculū illud grāte stra-
 tum in quo dñs pcepit sibi pa-
 rari pascha. Et in cenaculo tūc vntē-
 cim apostoli habitabant. Ceteri
 autē discipuli a mulieres habita-
 bāt circa quāq; per diuersa hospī-
 cia: Dum ergo in illo cenaculo co-
 mederēt dñs eis apparuit a incre-
 dultatem eorū exprobravit. Et cū
 comedisset cū eis a pcepisset vt
 in montē oliueti versus Betha-
 niā iret: ibidēq; ite cū eis apparuit
 ac i discretē querētibus rīdit. Et
 eleuatis manib⁹ eis bñdixit a ide-
 coram eis i celū ascendit. De loco
 ascensionis dicit Sulpici⁹ ep⁹s Ihe-
 solim: tanus a habetur in glosa.
 Quia cum ibi postea eēt edifica-
 ta ecclesia locus ille i quo i stiterēt
 vestigia xpi ascendētis numq̄ po-
 tuit stereri pavimento imo resiste-
 bāt marmora i ora collo cantium.
 Calcanti eciam pulueres a dño hoc
 dicit eē documētum: qd vestigia i
 pressa cernūtur. a eandem adhuc
 specie velut pressis vestigijs terra
 custodit. **C**irca secūdum quare
 nō statim ut resurrexit ascendit.
 sed p quadraginta dies expectare
 voluit. Notandū qd hoc fecit pp-
 ter tres rationes. Primo propter
 resurrectionis certificationē. Diffi-
 cilius enim erat pbare veritatez
 resurrectionis quā passionis. Quia
 a pma die vsq; ad terciā potuit p-
 bari passio: h ab verā resurrectionēz